

## 7. Sekundärliteratur

# Die Pflege der west- und südslavischen Sprachen in Halle im 18. Jahrhundert. Beiträge zur Geschichte des bürgerlichen Nationwerdens der west- und ...

**Winter, Eduard**

**Berlin, 1954**

### Beilagen zum 9. Kapitel

---

#### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

*Beilagen zum 9. Kapitel*

## 1.

M. Jelenek an die Patroni Sempronenses  
(Abschrift)

AFrSt C 383/24

Buda, 1. III. 1732

Quod Petrivaradino pro mea in tantos rei litterariae Statores pietate, ad gravissimos Maecenates non persripserim; id non minus continuis illustrisq[ue] D[omini] Episcopi itineribus, quam etiam meo, rem litterariam inter Serbios, quo citius, in ordinem adducendi, indefesso conatui, vires unius exhaustienti, est adscribendum. Gens haec, quae in Illyride domicilium ac sedem habet, omnes Christianos mores immanissimâ Turcarum tyrannide delevit, ita profecto, ut nulla in eadem natio, rudior atq[ue] magis barbara, isthâc reperiatur, cujus fera indoles tantopere incalluit, ut, licet saluberrima illustris[simi] D[omini] E[piscopi] sint consilia, utilissimaeq[ue] ordinationes, tamen optumos optimi Viri conatur [?] tamquam rem novam et inusitatam, Sibi non adeo cognitam, despicere, immo impia ac perversa mente interturbare, nulli Sibi ducat religioni. Funesta haec humaniorum litterarum fata, cum Selavonia tum Serbia alit, nec in orbe Christiano [!] maior perversitas, quam in ducatu Sirmensi; Latronum illic profecto sedes, non in peregrinos solum, sed in ipsos suae religionis sectatores, mirum in modum saevientium, ita ut domini terrestres fuga salutem petere cogantur. Cujus rei tristissimum exemplum in Viro praenobili praedia Sua ibidem habente, summo cum dolore intuebar, quem non pridem ante adventum meum in domo sua comprehensum, ignitis catenis ternis vicibus inclusum, manibus, pedibus atq[ue] toto corpore constringebant, aheno ferventissimo, ita, ut pectus ejusdem cooperiret, capiti eius toties quoque injecto. Filium puerulum in terram projectum, vita privarunt, neq[ue] à femina, etsi tum gravida, verberibus abstinuerunt. Vir innocens, exsitus [!] omnibus, secundum Deum, consilio medici à consilio bellico sibi dati, porro sanitati pristinae est restitutus. Imminentibus feris natalitorum, vitam quoq[ue] amiserunt aliquot summi viri militari munere fungentes, una cum servis, in saltu, vix alterum lapidè à Petrivaradino dissito. Inde adparet, quam necessaria sint hac in gente studia humanitatis et sapientiae, quoniam ipsi pastores vix legunt, quo minus alios ad veram Dei cognitionem ducent. Ecclesiae orientalis symbolum in fundamentalibus fidei articulis non nisi duo momenta, quae cum sententia nostra pugnant, continet, intercessionem sanctorum, et transsubstantiationem panis in corpus

verum, et vini in ipsum sanguinem Christi, sub utraq[ue] specie sacram Synaxim administrare iubens; nec est religio Christiana, quae cum nostra consentiret magis, ac Ecclesia orientalis. Essent quoque viri, qui genti nostrae faverent, si solummodo occasio non negligeretur à nobis, eosdem sincero amore prosequendi. Dolendum quoq[ue], quosdam callidissimas machinationes adhibere, ut partim gratuita informatione, partim librorum suorum copia muneri iisdem submissa, Sibi orientales tot vicibus concilient. Qui modus si à nobis adhiberetur, nullum dubium esset, quin maxima in universum coetum Christianum [!] commoda proficiscerentur. Nam sigens nostra minimum unicum haberet, qui non cogeretur ex gratia illorum vivere, litterae elegantiores ecclesiae nostrae, vix dissimiles, possent magnis cum profectibus brevi tempore propagari.

Fuit enim quidam ex Moscova, qui propter sordidum lucrum gentem hanc à studiis humanioribus abalienaret, magnam de docentibus relinquens suspicionem, ita ut summopere diffidant, nec velint ex plebe sumtus necessarios subministrare. Natio haec, doctrina elegantiori non minus, quam nostrae gentis in ecclesiam orientalem amoris testificatione, et docentium vitae integritate, posset emolliri, cum primis, si ejusdem rei aliquot viri principes curam exiguum susciperent; nec deasset Archiepiscopus [!], aliiq[ue] Episcopi, qui, ad amorem mutuum magis magisq[ue] concitati impellerentur, praesertim, si paucis, sumtibus auctoritatem gens nostra apud eosdem firmaret, quo facto, omnis lucri suspicio ex plebe inulta tolleretur. Tam confusa enim rerum facies apud Illyrios est, ut ipse Episcopus vix sciat, quid accipendum sit, verumenimvero, si quo pacto eidem subveniretur, incredibile augmentum coetus caperet Christianus. Nec datur hujusmodi viri exemplum, tam salubria cogitantis, tum ratione scholae, alumnei et seminarii, tum respectu bibliothecae et ecclesiae excitandae. Quoscunq[ue] adloquutus sum, melioris propaginis homines et hic loci degentes, et ex Asia adpellentes, omnes aliquos internos motus ad litteras mansuetiores testantur; verum, illi propter vulgus imperitum, hi propter tristia sub hoste fata, quemadmodum res tractanda esset, ignorant.

Ecclesia Orientalis, per universam Asiam non minus, quam Africam, latissimè diffusa, sub truci Turcarum tyrannide funestissima sua fata deplorat, regiturq[ue] per quatuor Patriarchas, Constantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochiensem et Hierosolymitanum. Serbiorum atq[ue] Russorum sunt particulares, gentium suarum, à prioribus jussa accipientes. Quid in votis Ecclesia orientalis habeat, est unicum desideratissima illa Christi Ecclesiae unio, tandem aliquando amplectenda; preces ardentissimae, vota, suspiria gemitus, supplicationes, ad Numen illud divinum praepotensq[ue] dies noctesq[ue] per omnes Ecclesias orientales summa cum animi demissione mittuntur. Quo amore Ecclesia Orientalis in Evangelicam ardeat, verbis nequeo exprimere: cum Budae, tum Pestini, praecipui et bene docti Ecclesiae Orientalis, Graeci ritus, viri, partim politici, partim reverendi aliiq[ue] ex plebe prudentiores, mirandum in modum, hilari vultu et

cum suspiriis me excipiebant, quum primum, me esse Evangelicum, rescirent, fata ecclesiae nostrae exploraturi. Demiror sane D[omi]ni nostri Episcopi, Viri in sua gente innocentissimi et integerrimi, laudabiles in abusibus extirpandis conatus, uti id 1. quoq[ue] feria natalis J[esu] C[hristi] in cathedrali templo publice testabatur. Primum abolere contendit jejuniorum abusum, et non nisi illos jejunare jubet, qui laute et mollius viventes, ad peccandum sunt procliviores, reliquos, uti famulitium, durioribus laboribus subjectum, senes, feminas gravidas, lactantes et his similes, penitus à jejunio eximit. Morem illum gentis antiquum circa nuptias, uti magno aere sponsam à patre sibi pacisci, nuptias tamdiu, donec patrimonium penitus consumatur, protrahere acriter minaciterq[ue] sustulit, prius ad 15 florenos, posterius ad duossaltem dies restrinxit, adjiciens: carceres, sive in munimento, sive in militia Serbica, arrestum vocant, paratum, in quem conjiciantur, qui tam salutare institutum spreverint. Tacitas sponsiones, ex utroq[ue] sexu imitas, nec quidquam valere adseveravit. Plura, quae occurrerunt, quum Sempronium adpulero, recensebo. Viri quidam gravissimi, cives Serajenses in Bosnia, sub Turcica servitute gementes, filios Petrovardinum adlatos mihi in disciplinam commendarunt; relatum enim à popularibus suis acceperant, humaniores artes in Serbiis primordia capessivisse. Narrarunt de statu Sarajensium satis presso. Scholas quidem Sarajenses habere, sed nullos libros, nullosq[ue] uti desiderarentur, magistros apud se dari. De Valachiae scholis à quibusdam bonis amicis, Belogradji quum essemus, pari modo mihi referebatur. Graecia quidem, quoad scholas, summis ab J. D. Episcopo laudib[us] extollitur; Sed quum cives illius terrae de illorum studiis percontor, sane contrarium adferunt. Causa, sine dubio, tantae laudis erit, ut meum intercipiat animum, saepius per jocum dicentis, me velle in Graeciam profici.

Animus etiam accessit, statui enim apud animum meum, cum fratribus meis hic loci Turcica, Arabica, Syria, Valachica et Graeca, Deo conatus secundante, ita, ut loqui, et verbum divinum adnuntiare possimus, infracto studio exacte pertractare. Ad haec promovenda autem gravissimum Vestrum consilium una cum efficaci praesidio requiritur.

Quum itaq[ue] nostro coetui Deus viam ad Ecclesiam Orientalem nobis conciliandam mirifice aperuit, accelerate igitur, o Viri, de ecclesia Christi meritissimi! alios ad amorem mutuum accendite, ne desint tam salutarib[us] conatib[us], orate, obtestemini. Nos fratres ad illa exsequenda, quae gloriam Numinis altissimi unice promovent, quae universo coetui christiano profutura sunt, quae nobis praecipietis, quae consilio salutari innuetis, quae praescribetis ultro τοῦ κυρίου συεργοῦντος, donec spiritum trahemus, summa cum alacritate ad eundem, quoq[ue] nos miseritis, habetis paratissimos. Eo fine quoq[ue] infimum Vestrae in studiosam juventutem, et clientes Vestros inusitatae benignitatis et infiniti amoris nos commendamus. Utq[ue] in gratiam receptos, pro

sanctissima in Deum religione et infracto, pia, honesta et Christiano orbi utilia  
incepta secundandi et gloriam Numinis altissimi unice augendi studio, ô  
Mecenates, de Ecclesia et Musis maxime solliciti, quos Deus in praedictum  
litterarum nascendos voluit! Sapientissimo Vestro consilio adjuvetis, sufful-  
ciatis, corroboretis, animo demisso et supplici oramus atq[ue] obtestamur.  
Valete. Scribebam Budae, in civitate Rascianorum, d. 1. Martij, 1732

*Matth. Jelenek*

2.

J. Ch. Lerche an G. A. Francke  
Wien, 29. IV. 1732

AFrSt C 383/22

... In meiner Krankheit hatte das Vergnügen von einem jungen Menschen,  
*Jellenek*, besucht zu werden, welcher, nachdem er die Humaniora u[nd] Theologia in denen Schulen zu Preßburg, Raab tractiret, von dem griechischen Bischof zu Peterwaradein, *Bessarion Pavlowitz*, dahin berufen worden, um daselbst griechische u[nd] lateinische Schule zu halten, u[nd] hiemit der gräul[ichen] Unwissenheit unter den Clericis et Laicis Graecis zu steuern. Er war bereits etliche Monathe daselbst gewesen, u[nd] rühmte die Begierlichkeit der Griechen nach guten Wissenschaften, daß sie eine gute Neigung gegen uns hätten, u[nd] daß sonderlich besagter Bischof ein gleichsam brennendes Verlangen habe, die Erkänntniß u[nd] den Dienst Gottes in seinen Kirchen zu befördern. Ob nun wohl derselbe *Jellenek* diesem Werke nicht gewachsen zu seyn scheinet, was die Erudition betrifft, so hat mich doch an ihm gefreuet, daß eine Furcht Gottes an ihm wahrgenommen habe, in welcher er seine Arbeit angefangen hat u[nd] weiter fortführen will, vielleicht daß dennoch die mit treuen Hertzen unternommene Sache mit göttlichem Seegen begleitet u[nd] in dasigen Gegenden auch dem Evangelio eine neue Thüre geöffnet wird. Ich habe mich durch diesen Menschen dem Bischof erbitten lassen, nicht allein mit ihm zu correspondiren, sondern auch mit guten Büchern denselben zu versehen. Dieses mahl habe ihm ein griechisch Testament u[nd] des Czaar *Petri I.* Kirchen-Reglement, it[em] Librum Russorum Symbolicum in teutscher Sprache nach der Berl[iner] Version übersendet; bin aber zum voraus schon gebeten worden, letztere Piecen auch in griechischer Sprache zu verschaffen. Hiezu könnten Ew. Hochehrwürden vielleicht durch H[errn] Zopfen beförderlich seyn, wie mir denn auch von demselben mit dieser Ostermesse wenigstens 2 Exemplaria N[eu]es T[estament] ausbitten wolte, welches im Waysenh[aus] ediret u[nd] in demselben der alt- u[nd] neugriechische Text enthalten ist; die Zahlung davor leiste ich dankbarlich u[nd] gewiß durch meinen dortigen Bruder ...

S. Todorskij an A. Adelung

WAFrSt D 1 Fach M

Miszkowey, 15. IX. 1737

Math: 28, 18, 19, 20

Hertzlich geliebtester Herr!

Daß ich Ihnen alles von meinem ietzigen Zustande ausführlich zu erkennen gebe, meine Umstände, in welche ich mich ietzt befinde, wollens nicht zulassen. Was nun dieselbige anbetrifft, belieben Sie den 124. Psalm nachzuschlagen, daselbst sind sie lebendig abgemahlen. Ich habe unterdessen an einige griechische Kaufleute angetroffen, welche mich sehr gebeten nach meiner kurtz gehaltenen Predigt, ich möchte nach Ungarn gehen, um sie im Evangelio zu informieren, welches ich auch gethan, nach Ungarn gekommen, und befinde mich ietzt bey einer griechischen Compagnie zu Miszkowey. Ich bin von allen meinen Brüdern nach dem Fleisch hertzlich aufgenommen, insonderheit von ihrem Priester, welcher mir viel Betrübtes, insonderheit von Macedonia referiret. Dahero kan ich nicht fortgehen, bis ich diesen Priester in principiis Christi, Mosis und Pauli recht informire, damit er auch, wenn er dermaleins sich bekehret, könnte seine Brüder stärken. Den lieben werthesten Herrn *Berger* grüßen Sie hertzlich von mir, er wolle so gütig seyn, mir eine Nachricht von meinen Büchern zu ertheilen, wo sind sie und an wen sie attressiret. Ich bitte, dabey belieben Sie auch den lieben Herrn Halensibus einige Nachricht von mir zu geben, insonderheit dem lieben Herrn Inspector *Griszow*, und derselbe wird mir einen großen Gefallen thun, wenn er mich benachrichtige von dem lieben Herrn Pastor *Vierorth*, von dem lieben herrlichen Herrn Baron *von Ende*, von dem herrlichen hertzlich geliebten Herrn Inspector *Kranke*, von dem lieben theuersten Herrn Inspector *Rüdel*, wie auch von dem geliebtesten herrlichen Kinde *David Michaelis*, ob sie noch alle wohl leben, wie damals. Ich grüße Sie alle miteinander, sowohl die liebe Halenses, als auch denen ich zu Breslaw bekant, aus dem ersten Buch Mosis 35; 2, 3. Johan 17; 2—4. im übrigen verharre

Meines hochzuehrenden Herrn

gehorsamer Diener

*Simeon Todorski.*

Miszkowey 1737 d. 15. Septembris

Wenn Ihnen beliebet an mich zu schreiben, schreiben Sie auf teutsch, doch deutlich, daß ichs lesen könne.

## 4.

A. Theophanović an G. A. Francke  
Grabovac, 2. VII. 1748

AFrSt C 437

Vir Summe Reverende Domine Patrone gratosissime.

Quod citius ad litteras Tuas non rescripseram, non segnis aut ingratus verum nimium quantum sim impeditus et occupatus attamen pro libris donatis paternaq[ue] / : cui iuxta vires meas obtemperare cupio / admonitione summas gratias ago. Quod plures beneficio Tuo ex nostra rutenica ve natione affecti sint, relatum mihi est, de quibusnefiat Tibi vir pientissime molestum, si quidem Regnum Dei promoves, Evangelisiq[ue] ejus sanctum hoc modo per pagas non sum tanti ut possem Te virum doctissimum admonere. Sed fateor interdum Parentibus etiam balbutiones filiorum esse gratas. Supra *Sophronium* meosq[ue] caeteros beneficia patrata, non ego sed omnipotens /: ad eujus gloriam omnia quaecumq[ue] facis, facis / aeterno Te praemio affecturus est, etiamsi, et ego sanctum opus Tuum omnibus viribus meis tota in Natione nostra coramq[ue] adversariis nostris simul promulgare non sino. Misericodiae Pietatis et internae comittatis Tuaefama spargit[ur] ubiq[ue], quae tamquam causa [?] movens, sensim et sensim in nonnullis subjectis nostraræ Nationis, ea quae sunt ad promovendum Regnum X[ris]ti saltem desiderare, et de iis sepissimè discurere efecit, unde spes integerrima est aliquando in actualem effectum pervenire. Beneficiarii Tui, ex nostra Natione qui sunt, omnes bonae spei sunt propter duos Ecclesiasticos gladiis instructos, quamobrem humillimè rogo, ut, si possibile est, *Sophronius* uno in museo cum illis ne vivat, Deus avertat ex invidia vel aliqua alia passione non hoc scribo, sed cavendum est, quemadmodum experientia ipsa suo tempore testis erit, caeterum comendo me consuetae gratiae paternae et favori, et in filiali [?] amore maneo

Vir S[umme] R[evere]nde Tuus in X[ris]to

Grabowacz die 2. Julij  
a[nn]o 1748

Arsenius Theophanowicz

## 5.

P. Knesević an G. A. Francke  
Buda-Taban, 2. VII. 1748

AFrSt C 437/2

Viro longè clarissimo, et eruditissimo  
D[omi]no. *Franckio*, gratiam et pacem a D[omi]no  
nostro Jesu Christo, pacis Restauratore,

*Petrus Knesevicz.*

Non alia de causa hasce meas in p[rae]sentiarum ad Te, Vir Summè Venerande, statui dirigere, nisi, ut, Filiolum meum *Paulum* commendatissimum Tibi

vellem, atq[ue] enixē obsecrarem, quatenus Eundem paternō semper complectaris [!] excipiasq[ue] amore, optimis quibusvis litterarum studiis, artibusq[ue] erudias, honestis, ac piis, et Christianis moribus imbuas, totumq[ue] quantum in Te est, sic expolias, ut me Eundemq[ue] Filium meum aeternē tam verbis, quam etiam re ipsa et opere devinctos habeas Gratificatores Tuq[ue], Virorum optime, Copiosorem olim in Caelis laborum Tuorum à Deo consequaris mercedem et ille suo tempore Patriae restitutus, Deo et Ecclesiae, et Nationi absq[ue] reprehensione servire queat. Vale. Filioq[ue] fave, iterumq[ue] vale.

Budae in Suburbio  
d. 2. Julii 1748

6.

P. S[z]tratimirović an G. A. Francke  
Temesvár, 20. VIII. 1748

AFrSt C 437/6

Summe Venerabilis, Magnifice Amplissime  
doctissimeque Vir Domine et Patronē  
Mihi aestumatissime!

Infelicem statum Nationis nostrae et provenientia ex Ignorantia nostra agminatim mala miseratus, quidquid fortunat[im] Industria mea adipisci potera[m], eo inpendendum decrevi, ut bono publico emolumentu[m] quodpiam procuretur et maximo exoptassem operae, ut ipse pro excolendis humanioribus studiis me ad exteris conferre potuissem oras. Sed quoniam paucos ante Annos ex partibus Turcicis egresso vigorosior aetas jam praeteriit et non sine causa metuebam, me et oleum et operam misere perditurum. Si ea quibus Iuventus instrui debet, nunc tractare acciperem hue Alumnum meum *Johannem Stephanovich*, ad famosum illud Musarum Domicilium Hallam jam ante tres annos exmisi, nihil aliud exoptans, quam ut Industria Ipsius ita Expectationi Duor[um] Instructorum respondeat, quemadmodum Ego de eo speravi et omnia quae in posse meo sunt, in Promotionem Progressum ipsius expendere decrevi. Quod at eo facilius adipisci possim, praedictum Alumnum meum *Stephanovich* /: quod pridem alioquin faciendum mihi fuerat:/ Gratiis et Favoribus Magnifice Dominationis Vestrae eum in finem humillime duxi recommendandum ut Ipse humanioribus ibidem imbutus disciplinis, et patriae olim prodesse et Nomini magnifice D[ominatio]nis Vestrae in partibus istis immortalem conciliare possit famam et gloriam. Quod cum sincero animi affectu exoptarem, omni Venerationis cum Cultu persevero.

Magnifice D[ominatio]nis Vestrae

Humillimus Servus

Temesvarini d. 20. Aug.

*Panteleimon Sztratimirovicz*

[1]748

gr[aecae] ri[tus] Praesbyter [!]

G. A. Francke an A. Theophanović (Grabovac)

AFrSt C 437/3

[Konzept]

Halle, 3. X. 1748

Vir plurimum Reverende  
Amice in Christo Dilecte,

Redditae mihi sunt, quas d. 2.<sup>do</sup> Julii huiusce anni ad me dedisti, litterae. Equidem valde laetus sum, quum ex illis, Te salvum et incolumen per Dei gratiam adhuc esse, intelligerem. Faxit Deus, ut in munere, cui iam praefectus es, multa ad ipsius gloriam et ecclesiae nationisque Vestrae emolumentum verum et aeternum bono cum successu efficere valeas, eumque in finem omnes gressus Tuos atque omnia studia Divino Spiritu suo, totius ecclesiae rectore et moderatore, dirigat. Gratum etiam fuit, quod libros a me missos recte ad Te pervenisse certior factus sum, pro quibus non est, quod gratias agas. In praesentia relationis de Missione Evangelica inter Indos continuationem novam accipe, cui adiicio hymnos quosdam sacros, ante aliquot menses confectos, quum in orphanotropheo dies ille, quo ipsius fundamentum ante 50 annos positum fuit, pio et christiano ritu celebraretur. Quae quidem si forte minus facilia ad intelligendum Tibi erunt, (quamquam credo Te germanicae linguae studium, si modo per alia negotia licuit, usque adhuc non prorsus omisisse) habebis forte, quibuscum isthaec communices, amicos, quiq[ue] ea haud inviti legent, ex quibus Deus in operibus sapientiae et φιλανθρωπίας suae cognoscendum se passim praebet. Quod ad *Sophron'um* reliquosque a Te nobis commendatos cives tuos attinet, ipse sine dubio de rerum suarum statu et studiorum successu et ratione certiore Te subinde facient. Hoc velim persuasum habeas, me porro etiam, sicut adhuc factum est, lubenti animo omnia facturum, quae ad promovendas ipsorum utilitates conducere videbuntur. Per ecclesiasticos duos gladiis instructos, fateor me non satis intelligere, quosnam designare volueris, neque enim suspicor *Ephraim'um* illum, qui Tecum huc venit et in contubernio *Sophronii* una cum praeceptore quodam nostrate habitat, a Te putari aut *Sophronio* illum pernicisum esse posse. Valachi vero a D[omino] *Czernanski* mihi commendati bene segerunt, efficiuntque, ut bene de illis sperare possim, nonminus quam de *Simonowskio*, *Kioviensi*, qui germanicam linguam satis bene callet. Discipuli pariter, *Stephanowitz*, *Theophanowitz* et *Knesewitz* diligentia et probitate commodabiles bene in litteris proficiunt. Alius vero, *Nisenitz*, Patriam Pultaviam, his nundinis repetit, de addiscenda lingua nostra desperans, satis aliqui probus. Solus *Bellauschewitz* et illis fere omnibus et mihi multas molestias creavit, de altero illo *Leontowitz* nihil iam audio. Ceterum Summo Numini eiusque tutelae et gratiae Te etiam atque etiam commando

Tuus ad quaevis officia paratissimus

Dab. Halae d. III. Oct. 1748

G. A. Francke

## 8.

G. A. Francke an A. Theophanović (Grabovac)  
(Konzept)

AFrSt C 437

wahrscheinlich nach Lagerung PS zu Brief vom 3. X. 1748

P. S.

Has litteras scripseram, ut mercatoribus, qui nundinas Lipsienses frequentre, solent, circa festum Michaelis darentur. Accedit vero ut paullo serius Lipsiam mitterentur, cum mercatores illi iam profecti essent, quod ego quidem valde dolui. Cum vero D[omi]nus *Sophronius* ad D[omi]num *Knesewics* et forte etiam ad Te litteras datus est, hasce meas litteras addendas putavi, ut inde perspicias, me iam dudum de litteris ad Te dandis cogitasse. Impressa autem, quae cum illis Tibi mittere volebam, ad nundinas paschales retinebo. Iam vero quaedam adhuc monenda habeo. Advenerunt enim, superioribus iam scriptis ex nundinis autumnalibus duo, ex Vestratibus discipuli, a nemine commendati, nisi ab aliquibus mercatoribus, quibus se adiunxerunt in itinere. Recepit tamen eos *Sophronio* pro iis intercedente, et iisdem beneficiis, quibus reliqui discipuli fruuntur, instruxi. Quum vero non solum pro animi mei propensione, sed etiam pro eo quod res patitur agendum sit neque ex nostratis omnibus, qui beneficiae orphanotrophei expetunt, iis compotes fieri possint, plures imprimis pauperes vix potero recipere. Quod ut etiam aliis amicis Tuis notum facias, abs Te peto, ne plures hue mittantur nisi prius litteris de eorum adventu me certorem feceris et exploraveris num recipi possint. Neque enim illi etiam ex nostris hominibus, qui omnia solvunt, nisi prius venia impetrata advenientes recipiuntur; nemo igitur, si neglexerit ante ingrediendum iter litteris percontari, num beneficia accipere hic possit, culpam in me transferre potest itineris frustra suscepti. Ceterum non dubito, *Sophronium* de discessu *Ephraimi Georgiewics* plura Tibi scripturum esse. Profectus est cum Thessalonicensibus illis Berolinum, neque redivit [?] neque quid Zerbstae, ubi mansit agendum habeat significavit. *Simonowskij* vero Kiovensis Jenam discessit post aliquod tempus redditurus.

## 9.

G. A. Francke an P. Knesević (Ofen)  
(Konzept)

AFrSt C 437/6

7. X. 1748

d. 7. Oct. 1748

Viro Praenobilissimo Domino *Petro Knesevicz*  
Judici regio Budae  
Vir Praenobilissime, Amplissimeque,  
Fautor et Amicē aestumatissime,

Sex fere menses sunt, ex quo filium Tuum perdilectum ex patria eum in finem  
huc transmisisti, ut in schola orphanotrophei, quod directioni meae subest, in

timore Domini educaretur et in futurum vitae usum bonarum artium disciplinis imbueretur. Quo ex consilio a Te capto sicuti non obscure a me colligi potuit, quam valde Tibi bona illius educatio curae cordique sit, et quantum spei conceperis, fore ut finis ille laudabilis per benedictionem Summi Numinis apud nos in filio obtineatur: ita non potui non, quin illum, postquam salvus et incolumis Halam pervenit, eo libentius reciperem, omnique ratione, qua fieri potuit ipsius commodis prospicerem, quo magis exoptata et commoda mihi visa est occasio haec ad animum meum ecclesiae et nationi Vestrae inserviendi cupidum de ipsa declarandum, de quibus omnibus non dubito, Te partim per Dominum *Zacharowiz* partim ex ipsis filii litteris iamiam certiore factum esse. Quod restat in votis habeo et patrem coelestem supplex imploro, ut et nobis, in quorum curam et disciplinam concessit Divina gratia sua adsit, et ipsum vivem[?]. (qui bonam adhuc spem diligentia modestoque animo et ad obtemperandum parato excitavit) sancto spiritu suo ita semper dirigat ut, bene praeparatus et instructus in Tuum, Vir Praenobilissime eximum gaudium et patriae emolumentum remeare suo tempore possit. Evidem si qua re ipsum porro adiuvare eiusque utilitatibus consulere potero, lubentissime faciam,

Tuus  
Tibi deditissimus

10.

G. A. Francke an Stratimirović  
(Konzept)  
14. X. 1748

Vir admodum Reverende,  
Amice Aestumatissime,  
An H[errn] *Stratimirowicz* zu Temesvar

AFrSt C 437/7

d. 14. Oct. 1748

Postquam haud ita pridem litteras, quas ad me dedisti, accepi; non potuit non gratum mihi et iucundum esse, quod sollicitudinem et curam Tuam de statu nationis Vestrae emendando ex illis satis superque perspexi. Factum est exinde, ut ante annos aliquot aluminum quondam Tuum *Stephanowiz* huc mitteres, quo in schola orphanotrophei ad pietatem modestiamq[ue] formaretur et bonis litteris artiumqu[e] disciplinis imbueretur. Quemadmodum igitur nihil a nobis hucusque praetermissum est, quod ad finem hunc obtainendum facere visum est; ita cum et ipse adolescens diligentia et obsequio valde se nobis probaverit, tanto lubentius omnia in posterum etiam in eum conferemus, quibus ad futuros in patria sua, usus praeparari poterit. Addat Deus gratiam suam atque benedictionem, ut spem, quam adhuc de se fecit, impleat et ecclesiae Vestrae olim utilissima officia praestare possit. Eiusdem Summi Numinis clementiae atque tutelae Te etiam atque etiam commendo

Tuus

P. Knesević an G. A. Francke  
Buda, 30. XI. 1748

AFrSt C 437/11

Clarissimo D[omino] Viro D[omi]no *Frankio* in Christo  
Jesu pluriman s[alvem] et omnem felicitatem  
*Petrus Knesevicz*

Quemadmodum humillime clarissimum Virorum, D. Prorectorem, D. *Callembergium* [!] in epistola ad Eundem data requiro, ex genibusq[ue] oro, eundem in modum etiam a Te, Virorum optime, omnibus contendo precibus, supplex, praecoxque obsecro, ut praeclarum illum nostrum virum *Samuelum* nominatum *Belouschiju* cognominatum, olim Flaminem, nunc Consulem dialem, vel potius Chamaeleontem, Simulatorem Deceptorem, Adulatorem, Parasitum, Liguritorem, Cavillatorem, pacis publicae, atq[ue] tranquillitatis perturbatorem, Confusionum ac Seditionum Excitatorem. Divinarum humanarumq[ue] legum Contemptorem atq[ue] Concultatorem, ne dicam Atheum, impium, perfidum, improbum, mendacem, fallacem, mordacem, contumacem, furiosum, contentiousum, scandalosum, flagitosum, ventosum, capitosum, in omne nefas promptum, et audacem, desperatum, deperditum, execrandumq[ue] homuncionem, imo rectius dixeris, monstrum ac prodigium, uno verbo, contagiosam, perniciosa que vitiorum sentinam, procul ex virtutum officina Academia ejiciendum provenias antequam vel Dei Ecclesiae, vel Patriae, nationiq[ue] nostrae, vel Academiae vestrae, vel Docentibus, vel Discentibus, vel Regentibus, vel universis insimul aliquod irreparabile inferat damnum: quia ejusmodi monstrosae, ac malē sanae mentis Chimaerae, quid non audent, quid non tentant? Extant enim viva, totiq[ue] Communitati, et Nationi nostrae notissima domestica exempla temerit[a]tis audaciae, enormit[a]tis variarumque nequitiarum, tum in Civitate nostra a Fratre ejus perpetratarum, tum in aliis, et aliis Civitatibus, ab Ejusdem Genitore Commissarum exorbitantiarum atq[ue] excessuum. Nam alter alteri praeripit palmam in bonis honestisq[ue] viris et personis nocendo, stirps nequissima, totaq[ue] ingratissima atq[ue] perversissima ad malefaciendum modo exorta ab Inferno genus et originem trahens. Unde Spiritus mens acquiescere, cogitationesq[ue] sedari eiusq[ue] nequeunt, donec audiam, certiorq[ue] fiam, vel Eum ex Academia pulsum secessisse, vel nostrae gentis nationisq[ue] Juvenes et Adolescentes Eundem pertaesos Academiam /: quod absit :/ deseruisse, Eiusq[ue] causā aliorum sese recepisse.

Tuā ergo, vir clarissime, fretus humanitate atq[ue] prudentia hasce meas et ad Te dirigendas esse aequum duxi, et ad D[omi]num Prorectorem, minimè addubitans, quin justissimis, humillimis meis precibus detur apud vos locus, quō impetratō ac obtentō me Filiumq[ue] meum *Paulum* Commendatissimos

esse officiosae Tuae humanit[ati] percipiens maneo atq[ue] emorior: Prae-  
tit[ulo] [?] D[omi]nationis Tuae.

Budae, 30. 9bris [November] juxta Graec:

1748

Ad mutua officia semper paratis-  
simus idem qui supra

P. S. ne nimis autem molestus sim duplice ex ratione clarissimae D[omi]nationi  
Tuae, jubeas, qui accersat Filium meum *Paulum*, cui demandandum volo, ut  
ille pro posta solvat.

12.

G. A. Francke an P. Knesević

Halle, 11. I. 1749

Vir Praenobilissime Amplissimequ[e] Fautor et Amice aestumatissime.

AFrSt C 437/8

Quum litteras Tuas 30. Nov. ad me datas in ipsis diebus festis acceperim  
laboribus sacris occupatus, iis finitis nulla mora interposita faciendum putavi, ut  
hancee quae in hoc, quem attigimus, anno prima est epistolam ad Te, Vir  
Praenobilissime, darem eamque D[omi]no *Sophronio* crastina luce Lipsiam  
profecturo ad Te mittendam traderem. Inprimis vero ex salutis fonte Jesu  
Christo omnem spiritualis aeternaeque salutis affluentiam et omnigenam prosperi-  
tatem votis ardentissimis Tibi precor, Deum implorans, ut Te non per hunc modo  
sed per plures etiam alios annos in rei publicae ecclesiaeque Vestræ utilitatem  
salvum atqu[e] incolumen servet. Ad *Samuelem* illum *Bellaussevicz* quod  
attinet, haud magnopere miratus sum illius mores atq[ue] indolem stomachum  
Tibi quodam modo commovisse. Neq[ue] enim me fugit, qua insolentia filium  
Tuum et reliquos conterraneos lacessiverit, cum nec ego molestiis carere potue-  
rim, quas mihi exhibere non desiit, a quo tempore Halam ingressus est. Evidem  
animum ipsius turbulentum omnibus quibus possem modis coercere studui et sane  
ita coercui, ut turbas ciere, filioque Tuo atque ceteris Vestratibus nocere aut moles-  
tus esse haud possit amplius neque audeat, immo coercuit ipsum fames atque  
miseria et aliquatenus domuit animum eius insolentem. Quam primum enim com-  
peri eum facessere illis negotium, mensa illa extraordinaria dicta ad quam sine dis-  
crimine omnibus patet aditus, non modo interdixi sed omnino ne orphanotropheum  
intraret vetui. Quo factum est, ut, cum neque haberet unde viveret neque alibi inve-  
niret sustentationem, plures enim academias adiit sed morbo fameq[ue] confectus  
rediit, in summas tandem angustias adductus et necessitate coactus leniorem et  
tractabiliorem animum indiceret sibi et quae male ante a se gesta essent agnos-  
ceret culpam deprecaretur et meliora quaevis polliceretur. Non evidem credo  
eum ex animo id facere, neque dubito, ad ingenium redditur si ex aerumnis  
emiserit et dudum iam de ea re cogitavi, quo pacto illum impellerem, ut alio se  
conferret, saltem ab urbe nostra recederet omnem spem de impetrandi bene-

fecis ipsi praecidi viaticum ut abiret dedi, neque tamen id efficere potui. Tandem cum per hybernum tempus iter ingredi non posset ad aliquod modo tempus mensam quamsupradixi extraordianiam nefame moreretur iterum concessi ea lege ut si vel uno verbo alios laedere auderet illa mensa iterum privetur sieuti etiam D[omi]n[u]s Prorektor *Baumgarten* eum obiurgavit, et tranquillum atque pacificum esse iussit, minis additis, si cui molestus foret, in custodiam datum iri. Legibus vero atque statutis nostris fieri non potest, ut aliquis propter minas aut iniuriam verbalem proscribatur et expellatur. Ceterum ipsi indicavi, si vel maxime usqu[e] ad festum paschae mensam extraordinariam ipsi concederem ultra illud tempus nullo modo continuatum iri hoc beneficium id quod hodie iterum ei dixi. Eo etiam consilio illam mensam, qua non nisi meridie tenuis cibus ad famem saltem explendum proponitur, ei ad tempus concessi, ut animus eius hoc qualicunque beneficio leniretur quodammodo, ne si nimis exacerbatus in patriam redierit, eo maiores turbas ibi excitet. Denique id persuasum Tibi habeas satis et filio Tuo et reliquis contra turbulenti istius hominis molimina me prospecturum esse et gavisurum impense, si perdilectus filius Tuus eam spem abunde impleverit, qua ad nos a Te missus est, id quod benedicente, Deo eo melius obtinebitur, si ad cohortationes nostros Tuam etiam auctoritatem adiungere omni occasione volueris. Vale

Amplissimi Nominis Tui  
Sincerus et studiosissimus Cultor  
*Gothhilf August Francke*

Dabam Halae 11<sup>do</sup> Jan.  
CCCCXXXVIII

## 13.

A. Theophanović an G. A. Francke  
Grabovac, 25. II. 1749

AFrSt C 437/9

Vir Summe Reverende Patrone Gratosissime.

Per nostrum *Sophronium* datas mihi gratissimas Tuas literas, quamuis adhuc in Jannuario ritè acceperam, attamen usq[ue] ad hodiernum, per plurimae circa mortem Ep[isco]pi nostri hae h[ab]eme in decembri, Archi Episcopi vero in initio Februarii defunctos occupationes Nationales, tempus mihi rescribendi non dederunt, ne in malam partem accipias rogo. De cumulatione nostratium beneficia exigentium, scio Tibi molestias per plurimas esse, sed pientissima magnanimitas Tua cuiusq[ue] [?] factis ne enervet[ur] submisso rogo, ultrone [?] vero etiamsi omnib[us] et singulis civibus meis et conterraneis scripto tenuis significare haud valeo, credo hoc Anno futuram totius Nationis nostrae generalem, ad eligendum nov[um] Archiep[isco]pum congregationem, ibi laudabilem propensionem Animi Tui et affectum sincerum ad promovendam Ecclesiam

Nationemq[ue] nostram, ac nauseam ex cumulatione pauperorum nostrorum  
creatam profiteri sumopere curabo. Caeterum comendo me meosq[ue] consueto  
favori et amori maneo ve.

Vire Summe R[evere]ndi

Grabovacz  
25 Februarii  
A[nn]o 1749

Patroni sui gratiosissimi  
humillim[us] in X[ris]to servus  
*Arsenius Theophanovicz*

14.

G. A. Francke an A. Theophanovié  
(Konzept)  
25. IV. 1749

AFrSt C 437/10

d 25 Apr. 1749  
an H. *Arsenius* zu Grabowacz

Vir Plurimum Reverende,  
Amice in Christo Dilecti.

Litteras Tuas XXV. Februarii die ad me datas rite accepi et ex iis intellexi,  
propter Archiepiscopi aequae ac Episcopi vestrae dioeceseos mortem multis Te  
negotiis atque curis fuisse occupatum et futuram esse in hoc anno generalem  
nationis congregationem ad novum Archiepiscopum eligendum. Quod negotium  
ut Christus in verum Ecclesiae Vestrae emolumentum cedere iubeat, ita ut tales  
viri Vobis elegantur antistites, quibus ecclesiae aedificatio honorisq[ue] Divini  
promotio curae cordique sit, est, quod ex animo opto. Impressa illa, quae in  
nundinis autumnalibus ad Te mittere volebam hac occasione iam mitto, nempe  
continuationem historiae Missionis ad Indos tunc temporis editam, cui novam,  
quae nunc prelum reliquit addidi; hymnis vero qui ad celebranda Dei in orpha-  
notropheum per quinquaginta annos cumulata beneficia compositi erant, ad-  
iunxi orationem eundem in finem a me habitam et nunc typis expressam et cum  
illis in unum parvum volumen compactam. Hanc vero eo magis Tibi gratam esse  
spero, quod facilior iis ad intelligendum erit oratio prosaica, qui in lingua  
Germanica non satis exercitati sunt, quam ligata. Ceterum quae de Studiosis  
Vestrīs beneficia apud nos potentibus non nimis multiplicandis in superiori  
scripseram, eo ne interpreteris velim, ac si mihi molestum sit beneficia in vestram  
nationem, quantum fieri potest, conferre. Ex animo enim et libenter id hucusque  
feci et in posterum eadem hilaritate faciam, modo ne numero ipsorum nimis  
adaucto, beneficia iis, quibus destinata sunt, praeripiantur. Quod ut caveatur  
omnino opus est, ut etiam hac in re modus et certi fines statuantur. Quam ob  
caussam necesse, duxi Tibi scribere, ut amicis Tuis et civibus, quantum fieri  
possit notum facias, me desiderare, ut, qui in posterum huc venire voluerit  
beneficiis egens, litteris prius ex me quaerat, nunc beneficiorum compos fieri  
possit, et responsionem ante iter ingrediendum expectet. Quod quidem in me est,

persuasum Tibi habeas me ad auxilium inopi ferendum et non modo nostratisbus verum etiam, quantum fieri possit, vestrae ecclesiae viris, ad opitulandum esse paratissimum: Me vero modum, quem circumstantiae nostrae mihi praescribunt non posse excedere. Quod reliquum est etiam ii, quibus beneficiis apud nos fruuntur, adhuc pluribus rebus indigent et in studiis maiores profectus facere possent, si viri boni ex Vestra ecclesia illis succurrere vellent et saepius cogitavi quosdam fortasse et mercatores Graecos posse excitari, ut studiis suorum hominum promovendis aliquid de suis tribuant, ad quam liberalitatem num per Te aliqui possint permoveri, ipse videoas. Quod ad Samuelem illum *Bellaussewicz* attinet, Te non ignorare arbitror, eum ad ingenium suum, quamvis saepius meliora pollicitum, semper rediisse. Ego vero post festum paschale beneficio mensae extraordinariae ei interdixi, et certo comperi abitum eum parare ad quod dudum speravi et in votis habui. Dominus *Ephraim Georgiewicz* non hinc discessit ut in postremis litteris, quoniam nondum redierat, scripsi. Sed Potsdamii quo uno cum studioso medicinae . . . profectus erat, quibusdam Graeci ritus militibus sacra administravit unde paullo [!] post reversus est. Quem in finem etiam ante aliquot hebdomades iterum eo profectus est, et ex mandato regis quotannis aliquoties illuc venire iussus est. Caruerunt enim illi milites, quorum non exiguis numerus est, per plures annos sacerdote ecclesiastico, quamvis habeant templum. Ceterum eum D[omi]no *Sophronio*, quantum ego exploratum habeo iam concorditer vivit. Vale!

Dabam Halae d XXV Apr.

CICICCCXLIX

15.

A. Theophanović an G. A. Francke  
Grabovac, 7. XII. 1749

AFrSt C 437/13

Vir Summe Reuerende Doctissimeque  
mihi cumpromis obseruande atque colende!

Mirifice me, cum omnes Tuae adhuc ad me datae, tum in primis nouissime exaratae, oblectarunt litterae. Ferunt enim prae se singularem in Deum pietatem eumque spirant in alium amorem, quem Paulus Apostolus\* exprimit, ut facile dispalescat, ex quoniam animo ea proficiscantur. Neque enim ingenium vanitate delinitum his talibus studiis tenetur; ut arbor mala bonos fructus ferre nequit, edicente Seruatore suauissimo\*\*. Quae Tua integritas spe me lactat fore, vt silentium meum in referendis uicibus litterarum in dextram sis interpretaturus partem. Negotia tamen, quae huic obicem posuerunt, maximam partem sunt expedita, dum, qua Numinis in nos est clementia, Archiepiscopum Excell. D. *Paulum Nenadouits*, Episcopum vero Reuerendissimum Dominum *Dionysium Nouakouits*, τοὺς\* ἀνεγκλήτους, indepi sumus. Libellos, quos exquisisti, ea,

qua fas est animi gratitudine accepi. Id potissimum ego ipse quoque in votis habeo, ut, licet omnis mihi spes plane praecisa sit Tibi unquam paria referendi: memoriam tamen beneficiorum à Te in me profectorum nullatenus obliuionem obliterate posse demonstrare queam. Negotium de terrigenis nostris ad vos commeantibus in Synodo nuperrime in medium protuli. Ad adminiculandum quoque iis, qui in Incluta vestra degunt, municipum nostrorum animi /: vt intelligo :/ exstimaluntur, spesque affulget fore, vt in dies magis excitentur. Mercatores quidem nostrae gentis ad uos raro commigrant, Graeci vero ex Turcia aduentantes alieniores sunt. Caeterum Numen Te, vir dexterime, sospitet fortunetque, quo me meosque, quos Tibi commendauui, nosque Te redamare valeamus. Vale! Tui, vir S[umme] R[euerende],

Scribebam in coenobio Grabouatz

VII. Calend. Decembris MDCCXLIX s[tili] n[oui]

studiosissimus

*A. Theophanowics manu propria*

\* 1. Cor. XIII (ganz) \*\* Matth. VII. v. 17 \*\*\* Tit. cap. 1 (v. 6 u. 7: „untadelig“)

16.

AFrSt C 437/20

G. Davidović an G. A. Francke

Kloster St. Pacra, 23. VII. 1750

Hochwürdig[er] undt hochgelärter, hochgeehrtister Herr Professor.

Nachdem ich ein Schreiben von allhiesig dahin ad studia abgegangenen Diacono Grae[ci] Ritus *Sophronio Poppovics* erhalten, auß welchem verstandten, daß Ihr Hochwürden und hochgelärt demselben in hohen Gnaden bewogen, vor welche höchst erzeigte Gnade unendlichen Danck abstatte. Zumahlen nun dieser mein Diaconus arm /: massen ich ex misericordia auferzogen und usq[ue] ad Diaconatum erhalten :/ Jedoch auß großen Eyffer ad Studia auf so weithen Weg sich begeben, alß habe ich dißen Armen zu Dero . . . hohen Gnaden und Wohlgewogenheiten böstens [!] anrecommandiren sollen auff das Hochselbte disen Armen alß ein mildtreicher Vatter unter Dero gnädigste Protection gleich es vielle unzahlbare arme Studentes von Dero Hochwürden undt Hochgelärt Genussen [?] thun, auffnehmen und zu allerhöchster Ehre Gottes befördern möchten. Anbey unterthänigst bitte die hohe Gnade zu haben und auf sein Diacon Lebewandtl scharffe Obpicht zu haben und mich ob seiner Capacitaet und Zunehmung seiner frequentirenden Studii zu benachrichten, umb ob solchen alhier seiner eingedenckh zu seyn können, massen wohl weiß, daß die Studia ohne nothwendige Beyhilfsmitteln nicht frequentiret werden können, vor welche mir höchsterzeigende Gnadt ich unendlichen alß schuldigsten Danekh abzustatten beflüssen seyn werde.

Der ich mich unter aller Hochachtung und gezimden Respect empfehle  
und beharre Ihr Hochwürden undt hochgeläht meines  
hochgeehrtisten Herrn Professoris

Gabriel Davidovics

Archimandrita des Closters  
St. Pacrae in Schlavonien  
die 23 Julij 1750

17.

G. Davidović an G. A. Francke  
Kloster Pacra, 31. VIII. 1750

AFrSt C 437

Vir Summe Reverende, Excellentissime, Amplissime, Doctissime  
Doctor, et Professor O[rdinarius] S[anctae ]S[anctae]  
Theologiae in Academia Fridericiana, nec non Director  
Orphanotrophei, D[omine] Patrone plurimum colende.

Fama orphanotrophei, non solum variis in regnis decantata est, verum etiam ad nostras usque oras, quo ad omnem constitutionem pervenit, quae Diaconum *Sophronium Popovics* studiorum cupiditate flagrantem ad iter illuc usque conficiendum incitavit: ut ibi locorum litteris, quibus Patriae profuturus esset imbuatur, quod fecit, et Se Se periculo, benignitate Dei fretus exposuit. Cum iam ad locum longe desideratum pervenisset, litteris, tutella Numinis ter Optimi e omnibus angustiis Se eruptum, et tandem in Orphanotropio sub umbra alarum Tuarum, Vir Summe R[everende] omni comoditate studendi frui, nec non beneficiis adornatum gratia Tua ad me missis, haud segniter significavit. Sane divinam erga illum in hoc itinere benevolentiam cognovi, item Tuum erga homines nostros animum paternum quam optime perspexi, quibus annorum aliquot intervallo multa suppeditasti, quorum numero etiam *Sophronium Popovics* numerare haud dignatus es, quo utilius in doctrina Sanctiori profectus facheret: eum haec singula animum plusquam gratissimum sibi depositant, non quas debo, sed quas possum gratias ago, et quin acturus sum non praetermitam. Ne inenarrabilia haec et splendida sane beneficia magis iminuerem aut obfuscarem, Remuneratoris omnium bonorum curae, ut praetermitemer consultum esse duxi, qui Tibi remuneret, et largiatur ob meam tenuitatem, opto, et praecibus indefessis rogo. Venia Tua, Vir Summe Reverende omni qua par est animi observantia expetere mihi adhuc unum liceat, nempe ut *Sophronius Popovics* iis in hi pocaustis, [?] ubi alii Monachi fuere hospicium habeat existens quoque ille monachus, ut interdum etia praescripta Ecclesiae nostrae observare queat, ne illorum obliviscatur. Nam per bene scio inter multos non posse observare. Decetero beneficia semel illi ex gratia data nolli abnegare, est quod enixissime rogo. Scito Reverendissime Domine quicquid in eum confers non

illi sed mihi praestitum fuisse imputo, pro quo me semper habebis devinctissimum ad obedientiam cultorem. Age Patrone mitissime pro eruditione qua polles solide illis in locis, ut *Sophronius Popovics* doctrinis erudit[ur] Christiano dignis, quae Dei Gloriam manifestent, Patriove afflito emolumentum afferant, nec non honorem Tuum promoveant, in nostris etiam terris.

Tuae Excellentiae Devinctissimus Amicus

*Gabriel Davidovics*

Datum in Monasterio Pacrae

Abbas Monasterii

Anno 1750 die 31. Augusti

Pakrae in Slavonia

18.

G. Davidović an G. A. Francke

AFrSt C 437/21

Essegg, 18. III. 1751

Hochwürdig- hochgelehr- und hochwerhester Herr

Ich habe mir bereits zweymahlen die Freyheit genohmen, denenselbten mit meiner Zurschrift zu beunruhigen und von die meinen alldortigen Studenten und Diacono *Sophronio* zuwendende sehr vill und außnehmende Gutthaten schuldigst verbundensten Danck abzustatten, auch Ihnen noch fernes zu dergleichen anzurecommendiren, weilen aber sehr anstehe, ob solche Schreiben Deroselbten zu Händen gekommen? So nehme mir nun zum drittenmahl die Ehre, all obiges hiemehrmahlen de meliori zu widerhollen: und wiezumahlen ich vor sothaner Wohlthaten alßo, wie es wohl erforderet wäre im Werck inich Danknehmung zu erzeigen nicht vermögend bin: So werde ich Gott den Allmächtigen, daß er meine Unmögenheit mit seiner göttl[ichen] Vergeltung sowohl hier als dort reichl[ich] ersetzen möge, alltägl[ich] und inbrüngstigst zu meinen wenigen Gebett anzuflehen nimmer ablassen, damit ich aber doch selbte überzeuge, daß es mir hierunter wahrhaftig nur an denen Kräfftten ermangle, so unterwinde mich /: nicht etwan als mit einer Rarität, an welcher es dortiger Gegenden gebreche? Od[er] die Qualität von solcher Güete nicht zu finden wäre? sondern bloß umb meinen güeten Willen und Sehnsucht eines mehreren Vermögens am Tag zu legen :/ nach den gemeinen Sprichwort: dat pira, dat poma, qui non habeat alia dona, deroselbten mit etwas wenigen hieländiger Sachen [?] aufzuwarten, welch- zwar geringe Gaab jedoch als ein Unterpfand meiner wahrhaft hegenden Danckbahrkeit mit christlicher Aequanimität an- und aufzunehmen bitte; mich übrigens unbekannterweise zu all schäzbahrester Gewogenheit unt etwan von hieraus vermögenden angenehmen Diensten ergebenst

Deroselbten

Ergebenstender

*Gabriel Davidovicz*

Archimandrita

18\*

19.

W. Todde an G. A. Francke  
Halle, 5. V. 1751

AFrSt C 437/19

Hochedler, insonders hochgeehrtester Herr,  
Auf Ew. Hoche[hrwürden] Verlangen ertheile von dem Griechen *Popowics*  
folgende Nachricht.

1) Er hat sich die Zeit her ganz ordentl[ich] verhalten, die Schule fleissig besucht und keinem eben Noth und Verdruß gemacht.

2) Um Michaelis herum ist er von der Schülerstube in des H[errn] Past[or] Weisens Eingang zu dem griechischen Studioso *Paulowiz* gezogen. Die Schule aber hat er dem ohngeachtet biß jezo ordent[lich] besucht, auch wenn er zu Hause bleiben wollen, sich dazu bey uns die Concession vorher gehohlet und ausgebethen.

3) Seine Profectus sind so gar weit wohl eben nicht her. Er ist der deutschen Sprache noch nicht recht mächtig und spricht sehr gebrochen. Wenn er hie nur zu einiger mehrern Fertigkeit kommt, möchte es sich auch wohl in dem übrigen geben, da er siche doch einen Ernst seyn zu lassen scheinet, in den Klassen was zu profitiren.

4) Im Lat[einischen] sitzt er jezt in klein Tertia. Griechisch und Ebraeisch aber hat er noch nicht angefangen, sondern sitzt noch im Schreiben und Rechnen. In beyden letzten Stücken hat er gut zugenommen. Die sub n[umero] 3 angezeigte defectus gehen sonder[lich] auf das Deutsche und was in . . . Lat[ein] tractiret wird.

Ew. Hoche[hrwürden] excusiren, daß die Antwort nicht eher erfolget. Der Famulus übergab mir Dero Billet da ich eben im Begrif war, in meine Classe zu gehen, daher habe es biß jezo aufschieben müssen.

Empfehle mich übrigens Dero geschätzten Affection und bin mit wahrer Hochachtung

Ew. Hoche[hrwürden]  
ergebenster Dr

W[aisenhaus] H[alle] d. 5 Mai 1751

W. Todde

20.

G. A. Francke an G. Davidović  
(Pacra bei Essegg) 5. V. 1751

AFrSt C 437/18

Vir plurimum Reverende,  
Amice Aestumatissime,

d. 5. May 1751

Litteras Tuas superiore anno exeunte mense Augusto Pacra Slavoniae ad me datas sub huius anni auspicia accepi. In quibus qum *Sophronium Popovics*

commendaveris apud vos Diaconi munere functum, inde ex aliquo tempore autem ad nos studiorum colendorum caussa delatum et institutione in iisdem cum iuventute, quae in orphanotropheo sub directione mea educatur, adhuc usum: non potui quin ad litteras offerente se commoda occasione, quantum pro temporis angustia licet, respondeam, quod ipsum, nisi opportunitas defuisse, citius a me factum foret. Quod igitur ad ipsum *Sophronium* attinet, fuit ille quidem, quem primum ad nos venisset, in musaeo quodam cum aliis eiusdem scholae alumnis, veniam autem post aliquod tempus impetravit in eodem hospitio, quod alii Vestrates Monachi habuerunt, habitandi, quo adhuc etiam utitur. In disciplinis scholasticis quo minus aequa feliciter celeriterque ac alii nostrates pueri proficiat, remoram praesertim iniicit, quod linguae germanicae nondum satis gnarus est. Interim tamen quem in frequentandis lectionibus attentione et reliquis discentium officiis satis diligentem se adhuc praebuerit et morum etiam vitaeq[ue] honestate se commendaverit, non indignum arbitror, quem beneficiis studiorumq[ue] adminiculis porro iuves optans de reliquo, ut et illum et alios qui ad nos studiorum caussa commearunt, in patriam aliquando non modo salvos sed etiam donis spiritus sui bene instructos et ad usus ecclesiae rite praeparatos reducat.

Nomini Tuo

Vir plurimum Reverende  
addictissimus

21.

P. S[z]tratimirović an G. A. Francke  
Buda, 25. VII. 1751

AFrSt C 437/22

Vir summe Reverende Fautor in Christo aestumatissime

Pridem jam obligationi meae per literas satisfacere debuisse, sed cum latinam linguam, ut compertum habes, ignorem, diem ex die assidue dicens ad hoc usq[ue] tempus distuli. Cum juvenis meus in celebri Academia Vesta studiis navans operam, Philosophiae, limen non longo abhinc tempore attigisset, meq[ue] hac de re cerciorem [!] reddidisset; necesse fuit: ut Tibi cum primis gratias habeam, ac eum unā tecum ulteriori benevolentiae enixē commendem.

Oratum Te itaque volo, digneris benignō, in eum esse animo eq[ue] nulla studia denegare, ut olim inter nos rudes unus, celebris Academiae Vestrae decus, emineat.

Pro quibus, si pares meritis Tibi referre grates neq[ue]am Deum obtestabor, ut largā manu Beneficium hoc compenset, ratumq[ue] esse velit. Vale.

Tuus

Devinctissimus servus

Budae 1751, 25 die Julii

*Pantheleimon Sztratimirovics*

